1633 d. 30 Junij Ex MS Metrices Regni



134

# Imperatori Romanorum

Serenissime et Excellentissime Princeps Dñe Avuncule Noster Charissime!

Proficiscenti à Nobis cum Solenni Obedientiæ Legatione Romam, Illustri Georgio Comiti de Tęczyn Ossolinski Thesaurario Curiæ Regni, intimo Camerario, et ad Serenissimum D. Legato, et Oratori Nro̊ injunximus, ut ad Mttem Vestram diverteret, et Offum amantissimæ Salutationis cum prolixa propensissimæ voluntatis Nostræ testificatione eidem deferret. Quod exequenti ut fidem habeat Mtas Vestra, et Nos quo capit amore, atque studio complectatur, peramanter petimus. Eidem fausta atque prospera omnia ex animo precantes. Dat Vilnæ Die 30 Mensis Junij 1633.